dies ueniunt dicit dns & non dicent ultra uiuit dns qui
eduxit filios isrt de terra aegypti sed uiuit dns qui eduxit
& adduxit semen domus isrt de terra aquilonis & de cunctis
terris ad quas eiceram eos illuc & habitabunt in terra sua;
Hoc omne capitulum in lxx non habetur; Cuius hic sensus est;
Nequaquam per mosen populus di de aegypto liberetur sed per
ihm xpm de omni orbe terrarum in quem dispersus fuerat;
qd ex parte & nunc conpletur in mundo & ex toto conplebi
tur quando de oriente & occidente septentrione & meridie
uenient & discumbent cum habraham isaac & iacob; Ut post
quam subintrauerit plenitudo gentium tunc omnis isrl sal
uus fiat; Ad prophetas siue in prophetis uel contra prophetas
Hic titulus ut supra diximus in editione lxx finis anterioris
capituli positus est; Ubi scriptum legimus & hoc est nomen qd
appellauit eum dns iosedec in prophetis qd plerique ignorantes
uaria explanationis deliramenta confingunt multoque
melius fuerat simpliciter inscientiam confiteri quam imperitiae
suae alios heredes facere; Est autem sermo contra prophetas
immo pseudo prophetas hierusalem & samariae quos nunc
communi & uulgato nomine prophetas uocat; De quibus scriptum est
in consequentibus; & in prophetis samariae uidi iniquitatem;
Statimque & in prophetis hierusalem uidi horribilia; quando autem
ponit coniunctione & ostendit superiores de prophetis dicta dni qui
& ipsi pseudo prophetarum similes extiterunt; Contritum est

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0222